SPECIMEN
HISTORICUM LITTERARIUM
ORIGINIS, ET INCREMENTI
BIBLIOTHECÆ ELECTORALIS MONACHIENSIS

Quod recurrente die erectionis Electoralis Academiæ Scientiarum xxviii. Martii mdcclxxxiv. pronuntiavit in aula Bibliothecæ

GERHOUS STEIGENBERGER

Canonicus Regularis in Polling, Electoralis Ecclesiasticus Consiliarius actualis, aulicus Bibliothecarius, et Socius frequentator Electoralis Academiæ Scientiarum.

E GERMANICO IN LATINUM SERMONEM VERTIT,

Et adnotationibus Auctoris suas insuper addidit

ABBAS FRANCISCUS ANTONIUS VITALE

U. J. D., ET PATRICIUS ARIANENSIS

Omnesque item nos in iis linguis, quas non intelligimus, ... surdi profecto sumus.
Cicero Tuscul. quæst. lib. v.

ROMÆ MDCCLXXXV.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA SALOMONIANA

Præsidibus annuentibus.

Digitized by Google

Bibliothecam dicando, ingenia hominum rem publicam fecit.

Plin. Hiſt. Nat. L. XXXV. c. II.

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO
DOMINO DOMINO
GEORGIO CAROLO IGNATIO
DE FECHENBACH
LIBERO BARONI SACRI ROMANI IMPERII
SS.ECCLESIARUM METROPOLITANÆ MOGUNTINÆ
MAGNO DECANO,
ET CATHEDRALIS WIRCEBURGENSIS CANONICO &c.

FRANCISCUS ANTONIUS VITALE

QUUM opus hoc, sua quidem mole exiguum, ceteroquin eruditionis copia refertum, ad me transmisisset *Philippus de Huth* Consiliarius Ecclesiasticus Electoralis, et Canonicus *Monachiensis*, meique amicissimus, idque, ut de re nova fieri assolet, per litteras significassem *P. Thomæ Veranio*, *Cœnobitæ Augusti-*

Digitized by Google

nienſi, *Cherii* commoranti, æque mihi amicitia conjunctiſſimo, et de Litteraria Republica mirifice merito ob *Bibliographiæ*, et *Biographiæ* præſertim ſcientiam, quam apprimè callet; is in cauſa fuit, ut è Germanico in Latinum ſermonem transferrem. Nam ſuadere mihi cepit, ex eo potiſſimum quod *Bibliographiæ* ſtudium hac noſtra ætate uſitatiſſimum ſit, aliorum commodis conſultum fore, ſi è *Germaniæ* finibus ita illud egreſſum ceteras per nationes longe lateque pervagaretur. Semper ego Amicitiæ cultor, Amico, in hæc ſtudia ſatis proclivi, libentiſſime ſum obſequutus. Eumdemque ideo teſtem hic appello, ne videar nonnullorum veſtigiis inſiſtere, qui perſæpe, ut cauſam aliquam prætendant, ſua quæque in vulgus edendi, Amicorum cohortationes, et conſilia oſtentare ſolent. Opere igitur Latinè reddito, eidem nonnullas meas adnotationes (1) præter illas eruditiſſimi Auctoris adjeci. Cui vero tenuem hunc meum laborem offerrem, diu mihi deliberandum non fuit; quum animadverterem, opus ipſum è *Germania* profectum, a *Germano* perite, concinneque elaboratum, *Latiali* deinde veſte indutum, nulli congruentius, quam *Germano*, et quidem multis nominibus præſtantiſſimo viro, in clientelam tribuendum eſſe. Natus enim TU ex antiquiſſima, nobiliſſimaque Familia, in qua, ut An-

(1) *Hoc appoſito Aſteriſco* *

nales, et vetustatis monumenta abunde testantur [2], quamplures, domi, forisque, belli, et pacis artibus celeberrimi floruerunt; a prima ætate liberaliter educatus, et ad omnes ingenuas, et principe viro dignissimas disciplinas ita institutus fuisti, ut nihil mirum profecto sit, si eximias, præstantesque dignitates fueris assequutus, easque singulari cum humanitate, omniumque ordinum plausu optime exerceas. Quæ quidem omnia id etiam efficiunt, ut tum erga TE meæ observantiæ debito fungi aliquantulum videar, quum oblata occasione aliquod illius monumentum in publicum emittere liceat. Quod in eam TE partem accepturum confido, quam postulat plane confirmatum in TE obsequium meum, et illa benevolentiæ erga me TUÆ significatio, quam non mediocrem jamdiu me etsi absentem, per literas perspectam, exploratamque habere humanissime voluisti. Quapropter perpetuo me TIBI devinctum fore, ita profiteor, ut nulla unquam res a TE colendo, et observando animum, mentemque meam in posterum avocare possit. Vale.

(2) Genealogiae, et Insignia Ordinis Equestris immediati in tractu Rhenano, in opere *Joannis Maximiliani Humbracht*, cui titulus est: *Die Höchste Zierde Teutsch*, *und Vortrefflickeit des Teutschen Adels, vorgestellet in der Reichs Freyen Rheinischen Ritterschafft etc.* edito *Franckfurt am Mayn* 1707. *tab.* 181. 182.

Ratiſſimo inſtauramus animo memoriam illius diei, nunquam obliviſcendæ, in qua Deus Bavaram nationem, erecta a Maximiliano Josepho, ei in ævum dilecto, Academia Scientiarum, felicem fortunatamque reddidit. Academia nempe, quæ partes omnes Philoſophiæ inutilibus diſputationibus ſcholaſticis, noxiiſque opinionibus repurgaret, in naturæ cognitione ejus vires per ſpecimina exquireret, *Germanorum* hiſtoriam, præſertim illam nationis *Bavaræ* elaboraret, (1) & denique patriam totam magis magiſque illuſtrem redderet.

Præ-

(1) *Gesetze der Kurbaierischen Akademie der Wissenschaften LVII.LVIII.XLIII.* Idest. Leges Electoralis Academiæ Scientiarum LVII. LVIII. XLIII.

Digitized by Google

Præcipuum igitur Fundatoris conſilium fuit, *Bavariæ* gloriam, & cujuslibet ſuo dominio ſubjecti felicitatem hac erectione promovere. Nam quid magis ſummæ curæ fuit ſereniſſimo hominum amico, quam univerſim infimæ etiam gentis tuguria illustrare, ubique lumen effundere, & noxias opiniones evertere; quarum oneri in non paucis aliis dominiis quamplurimi adhuc ingemiſcunt.

At non agnoſceretur pro inſigne, ut eſt, opus immortalis Maximiliani; imo *Bavaris* Majoribus noſtris, quorum nos ſummo honori ducimus poſteros eſſe, injuriam irrogaremus, ſi nos diem hunc tanquam limen inter ignorantiam, et illuſtrationem *Bavaricæ* nationis adſciſcere vellemus. Probe ſcio, Vos spectatissimos viros, quorum in venis *Bavaricus* fervet sanguis, animo abhorrere a tam vili conſideratione erga Majores vestros. At eo magis grave eſt id intueri, quod quamplures alii audeant, ætatem illam, quæ præceſſit erectionem Academiæ, tam atro colore effingere, ut pudere propemodum oporteret, ante hoc tempus in *Bavaria* ortum habuiſſe.

„ *Bavariæ* conditio, ajunt *Annaliſtæ literaturæ Bavaricæ* (2), fuit ante Academiæ erectionem ſtatus denſiſſimarum caliginum. Opiniones, *Præjudicia*, Ignorantia dominabantur in meditullio Regionis, inſipientia in Scholis, barbaries in Tribunalibus, in Cathe-

(2) *Annalen der Bajerischen Literatur* 1. *B.* 1. *St.* 8. *S.*, Idest Annales Literaturæ Bavaræ to. 1. part. 1. p. 8.

„ thedra , in Palatiis Optimatum , in domibus Civium, „ & in Villicorum tuguriis . Nihil circumſpecte cogi- „ tabatur , nihil legebatur , optimus guſtus exulabat „ omnino ; & præter narratiunculam Vitarum San- „ ctorum , & fortaſſis quamdam Heroicorum facino- „ rum fabuloſam narrationem (vulgo *Romanzo*) , parva „ quædam collectio precum erat unicus liber notus „ ſpectabilibus , æque ac infimis perſonis „ .

Equidem tempus illud ab *Abbate Saint-Pierre* prænuntiatum , ubi quælibet noxia opinio , quilibet error , quælibet abſurditas hominum deſinant , non advenerat ; & reapſe etiam nondum advenit pro noſtra patria, æque minus ac pro aliis Regionibus . Verumtamen tam tenebricosum illud in *Bavaria* non apparuit ne quidem in XV. XVI. XVII. , eo minus in prima medietate hujus ſeculi .

Erectio *Univerſitatis* , Cathedrarum apparatus , celeberrimis inſtructarum Anteceſſoribus , quorum fama quamplures Scholares ex *Hiſpania* , *Luſitania* , *Anglia* , *Scotia* , *Hibernia* , *Dania* , *Svetia* , *Polonia*, *Boruſſia* , *Italia &c.* acciverat (3) , oſtendunt ſane , quod centralis illa caligo , quam hujuſmodi Critici hiſce temporibus tribuere voluerunt , non extiterit ; & nunquam exiſtere poſſit , quum Hiſtoria , præſtantes Mathematicæ cognitiones , præ aliis ſtudiis in deliciis habeantur . Quicumque ſcit quid *Aventinus* , *Appianus* , *Hundius* ,

(3) *Weishaupt* Commentat. de Lapsu Academiarum 1775. 4to. p. 2. 14.

dius , *Brunnerus* , *Caniſius* , *Stevartius* , *Gewoldius* , *Gretſerus* , *Raderus* , *Hervartius* , *Scheinerus* , *Finchius* , *Grammatici* , & quamplures alii præſtiterint in Geografica, Hiſtorica, & Mathematica facultate ; exiſtimabit ſane horum virorum temporibus lectum , & optime cogitatum fuiſſe , & qnod pluribus aliis ſubſidiis , quàm aliqua narratiuncula vel antiqua fabuloſa deſcriptione , inſtructos fuiſſe oportuerit .

Ignoſcite mihi , ſpectatiſſimi viri , quod ego hic in initio me detineam in hac infirma aliquorum Scriptorum cenſura . At hæc cenſura mihi videtur eò magis injuſta , quo etiam doctiſſimi exteri viri libenter *Bavaris* principem locum in claſſe Hiſtorica , & Diplomatica tribuerint (4) . Et quot non venerabamur , & etiam modo non veneramur , quibus certe jus abnegare non poſſumus , quod ipſi ante erectionem Academiæ etiam legerint , optime cogitaverint , & bene ſenſerint .

Noviter erecta Academia fuit longe equior ; & Nationi , ejuſque majoribus jus ſuum omnino reddidit . Illa vel jam in primo congreſſu ſua Acta inchoavit diſ-

(4) LUDEWIG Præfat. ad Reliquias MSStorum §. 39. Ut vero constent nomina illornm , qui libros suos ad Historiam S. R. I. facientes instruxere Diplomatibus , aliquorum faciemus mentionem : In his *PRIMO LOCO JOANNES AVENTINUS* .... *EMINENT.* præcipue quoqne in sedula diplomatum collectione *Boii* .... *WIGUL. HUNDIUS* ... in diplomatum collectione fere alios vincit etc. vide *LEIBNITII* Introduct. in Collect. Script. Hist. Brunsuic. illustrantium .

differendo de eruditis in *Bavaria* (5) Societatibus ; quarum aliquæ in XVI. ſeculo & etiam aliquot viginti annis ante Academiæ erectionem ibidem jam extiterant. Nunc quoque Academia in Aula ſui conſeſſus teſtes, & judices ſuarum lucubrationum vocat *Aventinum* , *de Eck* , *Scheidſach* , *Ickſtaat* , *Amort &c.* Et felicem ſe exiſtimat, eorum veſtigiis inſiſtere , ſemper omnino obſtupeſcens , quum intueatur quot progreſſus, quos peculiares perſonæ in Regno ſcientiarum pro Patriæ utilitate effecerint.

Ipſemet Sereniſſimus fundator in mentem revocat ſuæ noviter erectæ Academiæ conatus Majorum ſuorum pro Patriæ gloria & utilitate ; atque vi primæ legis jubet, ut conſilium , omnes utiles ſcientias , arteſque liberales in *Bavaria* propagandi, & amplificandi , a *Parnaſſo Boico* adſcitum , exequatur .

Verum eſt , quod plerumque peculiares tantummodo perſonæ , vel a Principe cum ſolemnitate haud inſtitutæ fuerint parvæ coitiones, quæ Nationem illuſtrare nitebantur . At ubinam illa eſt Regio , in qua ignara Plebs etiamnum hodie maximam partem non conſtituat. Verum eſt , quod ſtudium unius alteriuſve perſonæ, etiamſi eſſet *Baconus*, *Newtonus*, *Carteſius*, ſit nimis tenue ad commune lumen efferrendum . Nam in omnibus Regionibus Hiſtoricus ingenuus , Philoſophus rationabilis ,

(5) *Von Lipperts Nachricht von den ehemaligen gelehrten Geſellſchaften in Bajern . Abhandlungen der Kurfürſtl. bajeriſchen Akademie der Wiſſenſchaften . Erſter Band. 1. S. etc.* Ideſt . *Lippert* Notitia . . . . eruditorum Sociorum in Bavaria . Acta Electoralis Bavaræ Academiæ Scientiarum tom. 1. pag. 1.

lis, Theologus noxiarum opinionum oppugnator, perſequutiones, & ſæpe aliquid amplius metuere debuerunt.

Et hic idem mos tot Regionibus communis fuit, quo ſapiens MAXIMILIANUS anno MDCCLIX. motus fuit ad erigendam ſcientiarum Academiam, eamque legibus inſtruendam, & efficaci patrocinio fulciendam. Et hoc modo nunc id, quod antea interdum uti crimen, & audacia ſingularium perſonarum habebatur, evaſit lex Dominantis.

Noxiarum opinionum Aggreſſoribus, ingenuis Hiſtoriarum Scriptoribus, veris Philoſophis nihil amplius ex tunc metuendum ſupererat, quam inefficax murmur, obtrectatio, & effrenatæ cogitandi licentiæ inſimulatio Plebis, illuſtrationi nondum penitus accommodatæ, numero tamen ſat copioſæ, quam nos cum tot aliis & potentibus ditionibus communem habemus. Mandatum, lex, & favor Principis, veritatem tuebantur præpotenti ratione, ac animum addiderunt ad parviſaciendum omne iſtud publicum, vel latens murmur.

Hac ratione tantummodo paulatim error, & noxia opinio abſque detrimento, immo cum gloria Aggreſſorum, naturaliter, & etiam quietè deſinent.

Et hoc eſt verum, & magnum illud beneficium, quod MAXIMILIANUS JOSEPH Academiæ erectione, & CAROLUS THEODORUS præſidio Nationi *Bavaræ* præſtiterunt.

Pro hujuſmodi beneficio, ut ferventiſſimas gratias Patriæ nomine reddamus, hic hodie congregati ſumus,

mus . Hac etiam opportunitate convenit, leges Academiæ exequi . Seligendam igitur mihi duxi materiam , præſcriptam Lege LIV. (6) , cætus loco , & meo demandato muneri conſentaneam ; quum ego hic exhibeam aliquod Hiſtoricum literarium ſpecimen originis , & progreſſus hujus Electoralis Bibliothecæ , cui hæc magnifica Aula aſſignata eſt ; ut præbeam quamdam prælibationem illius magnitudinis , quantum temporis brevitas ſinit . Felix , ſi unum , vel alterum , e meis Conterraneis ad deſiderium videndi non modo hoc librorum cimelium , ſed etiam eo utendi excitabo .

Bibliothecæ *Monachienſis* origo repetenda eſt ab eo Principe , cui aſſidebant *Simon de Ech* Cancellarius , *Wenceslaus de Hund* Conſilii Curiæ Præſes , & *Eraſmus Vend* Archivii Moderator , Duce nempe ALBERTO V. magnanimo appellato .

In cunctis magnanimus Dux Albertus in libris quoque idem eſſe voluit . Hinc præſtantiſſimas eorumdem collectiones comparavit , ut ſuæ Bibliothecæ fundamenta jaceret . Tres præcipuas hic ego recenſeo , quæ inter ſe de præſtantia contendere poſſunt . Et eas ſequenti ordine refero ,

Primas fert Bibliotheca illuſtris *Hartmanni Schedelii* , multis de cauſis a *Bavaris* magni æſtimandi .

---

(6) *Die Geschichte aller Wissenschaften , und Künste in Bajern , nebst dem Zustande der Bibliotheken , und Manuscripte sollen erörtert Werden .* Idest . Historia omnium scientiarum , et artium Bavariæ unacum statu Bibliothecæ et Manuscriptorum declaretur .

Norimbergæ ortus *Hartmannus Schedelius* anno 1440. ſtudioſe diligenterque, magno animi fervore incitatus Medicinæ operam dedit *Patavii*, ubi præclariſſimos Anteceſſores audivit, quorum nomen ipſemet deſcripſit in uno ex manu exaratis Codicibus, qui in Bibliotheca (7) adſervatur.

Ar-

(7) Anno dominicæ nativitatis millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio Kal. Decembr. Ego Hartmannus Schedel de Nuremberga Artium liberalium Magister ad antiquissimum ac florentissimum Studium Patavinum proficiscebar.

Auscultavi lectiones subscriptas ac sub doctoribus et temporibus infra scriptis Padue militabam.

Doctor *Matheolus Perusinus* üri evi medicorum Monarcha. Legit omnes septem particulas afforismorum, et librum pronosticorum vetustissimi Hypocratis.

Doctor *Paulus de Flumine* legit primam Fen quarti canonis Avicenne et Egidium de Urinis.

Doctor *Franciscus de Nocili* legit Librum Tegni Galieni, et Tractatum de Urinis Avic.

Doctor *Matheus de Verona* legit librum nonum Almansoris, et complures Fen Avic. tecii Libri VI. part. X.IX. XVIII. XX. XX. etc,

Anno secundo,

Doctor *Matheolus* Theorice medicine Ordinarius legit omnes quatuor Fen primi Canonis Avic. nec non Avic.

Doctor *Hieronimus de Vallibus Miles* legit Librum nonum Rasis ad Almansorem.

Doctor *Franciscus de Nocili* legit Afforismos Ypocratis.

Doctor *Matheus de Verona* in Practica Ordinarius legit primum Fen quarti Canonis cum expositione Gentilis, et secundam Fen de crisibus.

Et diebus Festis Cyrurgiam Avic. videlicet tertiam, quartam. et quintam Fen quarti.

An-

Digitized by Google

Artem ſuam exercuit *Ambergæ*, *Noerdlingæ*, & demum *Norimbergæ* . Ubicumque ſuit, collegit Inſcriptiones, aliaque antiquitatis monumenta . Hinc illa, quæ ſunt locorum civitatumque *Amberg*, *Speinshart*, *Kaſtel*, *Reichenbach*, *Walderbach*, *Regensburg*, *Salzburg* nobis ſervavit eorumdem recenſione in ſuo *Antiquita-*

Anno tertio.

Doctor *Matheolus* Medicorum Princeps legit primo primam particulam problematum Aritsotelis cum expositione Consiliatoris, et librum Murotegni Galieni et Ysagogas Iohannicii.

Doctor *Paulus de Flumine* legit primam Fen quarti de febribus.

Doctor *Franciscus de Nocili* legit primam Fen primi Libri, et Tractatum de pulsibus, et Urina Avic.

Doctor *Balthasar de Perusio* legit nonum Almansoris cum introductione Avic. in tertio.

Audivi et Cyrurgiam primo a Doctore *Anthonio de Musatis* anno primo. Secundo a Doctore *Angelo*. Tertio a Doctore *Matheo*.

Anno MCCCCLXV. fui in solempni celebratione Anathomie Corporis humani,

Anno vero dominice incarnationis millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto die Jovis decima septima mensis Aprilis in assistentia spectabilis viri Anthonii Medulo de Tervisio studii Paduani rectoris per venerandum Collegium punctis ut moris est in facultate medicine preassignatis, ac diligenter examinatis, ac de consilio omnium approbatus, et tandem Licentiatus ac Doctor in utraque medicina creatus per Cosmam Contarenum Vicarium Rmi. Epi. Paduani. Et per meos promotores videlicet Doctorem Matheolum suo proprio nomine, et nominibus doctissimorum virorum Sigismundi de Poliastris, Balthasaris de Perusio, Pauli de Flumine, et Jeronimi Vallensis consuetis ornamentis doctoralibus insignitus: prout hec omnia plenius in meo Privilegio continentur.

Laudes Deo Optimo

tatum opere, quod in Electorali extat Biblioteca (8). Hujuſce hominis ſtudium admirandum omnino fuit, & vix percipi poteſt, quomodo una & eadem perſona tam varia & multa, dum viveret conficere, colligere, & tranſcribere potuerit. Præter ſuum magnum ita dictum *Norimbergenſe Chronicon*, quod pariter citat in opere *Antiquitatum* ſuperius laudato (9), plura Hi-

(8) Titulus hujusce libri est: *Liber Antiquitatum cum Epitaphiis, Epigrammatibus, ac plerisque aliis oblectatione et laude dignis. Mst. in fol. 325. paginarum.*

(9) Harum sequentium Urbium preclarissimarum, et aliarum in Germania et Italia etc., descriptiones uberius perscripsimus in Cronica cum figuris et imaginibus, ubi plura laude digna reperiemus.

* Quum *Carolus de Heinecken* in suo opere: *Idee generale d'une Collection complette d'estampe &c. a Leipsich & Vienne*, 1771. *pag.* 234., asseruisset, *Michaelem Wolgemut* Pictorem, et Sculptorem Norimbergensem opem tulisse *Schedelio* in editione *Chronici Norimbergensis*, addit in *not. K.* id quod sequitur: „ *Ce Wolgemut a travaillé pour* le celebre *Herman* „ *Schedel*, Medecin, et Historiographe, qui a compilé la „ grande *Chronique de* 1493. dont je vien de parler; je crois „ que *Wolgemuth* a fait le dessein des estampes, qu' on y „ trouve, et que *Guillaume Pleydenwurff* avec l' aide de quel- „ ques autres graveurs en bois de ce tems, les ait taillè .... „ pour *Herman Schedel*, c'etoit un homme savant, trés labo- „ rieux, et grand amateur d' estampes, comme j' ai vû par „ les livres de sa Bibliotheque, dont la plus grande partie est „ inserée a present dans *la célèbre Bibliotecbe Electorale a* „ *Munic*. Ce Medecin a collé des estampes en bois, et en „ cuivre a la tête, et a la fin de tous ses livres. C' est un „ thresor de plus pour la *Bibliotheque Bavaroise*, qui abonde, „ outre celà, de pieces rares, et uniques. J' ai augmenté par elle, „ et par l'honnête reception de *Mr. le Conseiller d'Oefele* qui en „ a la direction, beaucoup mes connoissances dans ce genre.„

Hiſtorica, & Medica ſcripta elucubravit; ac omnibus ferme, editis, vel ineditis libris, ſua in Biblioteca exiſtentibus, adnotationes adjecit.

Eo ipſo tempore, quo ille vixit, Typographica ars initium habuit, & proinde facile eidem fuit, comparare copiam illam, vere theſaurum librorum, qui tunc primum editi fuerunt, quique nunc Electoralis Bibliothecæ non parvum decus constituunt. Obiit anno MDXIV. poſtquam ipſemet ſuo tumulo inſcribendum elogium (10) confecit.

Plurium præſtantiſſimorum operum, quæ è Bibliotheca *Hartmanni Schedelii* ad *Bavaricam* pervenere, & hic adhuc reperiuntur, mihi in animo eſt nonnulla tantum

C re-

(10) Ita scriptum reperitur in fine libri Antiquitatum sua propria manu, ut sequitur.

Epigramma, sive Epitaphium Doctoris Hartmanni Schedel Nürenbergensis, qui hunc librum edidit, collegit, atque perscripsit.

Hic situs est sub lapide Progenitorum suæ familiæ Hartmannus Schedel, artium et utriusque Medicinæ Doctor, Nürembergensis. Variarum Doctrinarum cultor accuratissimus. Qui aliqua opera præclara ob perpetuam memoriam posteris reliquit.

Is obiit Anno Domi. MCCCCC. X die Mensis

Hartmannus Schedel Medicina insignis utraque
Noricus et civis, Doctor et eximius
Fœlix prole, boni cultor, melioribus usque
Artibus invigilans, funera canus habet.
Cumque suis Patribus tumba sepelitur in ista
Per sua nobiscum Scripta diserta manens.

Digitized by Google

referre, omiſſa mentione ingentis copiæ latinè manuſcriptorum,

Præter librum *Ars moriendi*, qui ab aliquibus pro primo impreſſo opere cum textu habetur (11), reperitur paucis notus liber unius voluminis, cui titulus eſt; *Die Kunst* (ideſt ars) *Ciromantia*.

Is est ita rarus, ut eruditus D. de *Heinecke*, qui illum ad invenienda *Proplaſtices*, ſive Artis ligneas formas incidendi, & librorum primò impreſſorum, documenta, peculiari itinere dignum cenſuerat, nuſquam integrum exemplar reperire potuerit (12).

Doctor *Hartlieb* Archiater Ducis *Bavariæ*, cujus liberalitate ea, quæ *Monachii* nunc dicitur *Grypta* (hoc eſt Sacellum ſubterraneum), in illo loco suam habuit ori-

(11) *D.De Heinecke* in *Nachrichten von Künstlern,und Kunstsachen Leipsig* 1769. 8. 11. *Th.Seit.*200. hoc est: in Notitia Artificum, et Arte factorum Lipsiæ 1769. in 8. par.11. pag.200. demonstrat sex editiones tabulis et formis ligneis confectas. Exemplar *Schedelii* concordat quidem cum illo, quod servatur in Bibliotheca Electorali *Desdræ*, etiam in isto, quod insuper contineat binas circumcisuras ligneas absque explicatione et inscriptione. Sed Textus 9. et 10. paginarum est immutatus.

(12) Loco citato pag.239. quod *Heineck*, ut titulum designat, est finis; loco tituli est itidem florum ornatus quadrangula corona floribus pariter intexta circumseptus, cum verbis supra inscriptis: *Die Kunst*, hoc est, Ars *Ciromantia*. Si hæc pagina initio, et illa,quam *Heineck* uti tituli paginam agnovit,postremæ paginæ vacuæ apponatur, integer liber constat 24. paginis in trina serie. In postrema edita pagina legitur *Jorg Schapff zu Augspurg* Quod nomen credibiliter est Sculptoris figurarum.

originem, ubi primum Judaica Synagoga fuit, juſſu Ducis ANNÆ DE BRANSVICH conjugis ALBERTI III. Ducis *Bavariæ* eumdem librum in Germanicum ſermonem vertit. Et quamvis opinari posset, quod additus anni numerus 1448. (13) adnotet ſpatium temporis, in quo Doctor *Hartlieb* hoc idem opus verterit; attamen arbitratur *Heineck*, impoſſibile haud eſſe, quin eodem tempore illius Manuſcriptus codex ab aliquo Typorum Artifice in ligno inciſus fuerit, & quod *Auguſtanæ* Civitati antiquissimos lignearum formarum Incisores adjudicare debeamus.

(13) *Das Nach gesebriben Buch von der Hannd hatt zu Teutseh gemacht Doctor Hartlieb durch Bett und Heisung der durchleichtigen hochgebornen Fùrstin Frow Anna geboren von Praunschweig, Gemahel dem tugentreichen hochgelopten Fursten Herzog Albrech Herzog zu Bairen und Graff zu Voburg = das ist geschehen am Fritag nach 9ceptionis Maria Virginis gloriosis.* 1448. I. Hunc manuscriptum librum Germanice reddidit Doctor *Hartlieb* precibus et Jussu Serenissimæ et celsissimæ Principis *Dominæ Anna*, ortæ de *Bransvich*, conjugis virtuosissimi et laudatissimi Principis Ducis Alberti ducis Bavariæ, et Comitis Voburgensis = hic est completus die Veneris post conceptionem Mariæ Virginis gloriosissimæ A. 1448.

De Doctore *Hartlieb* videndus novus Continuator Operis: *Parnassus Boicus* 1736. III. *Relat. pag.*142. *De Murr* in opere: *Journal zur Kunstgeschichte* 2.*Th.* *S.* 108. 146. *idest Diarium Historia artium par.*2. *pag.*108. 146.

* Eruditus *Heineck* in suo opere alibi relato p.482. dubium omne e medio substulit hisce verbis: „ quoique la date, mise „ au commencement de ce livre, pourroit bien être celle de „ sa composition, et non pas de son impression: il est cependant assés prouvé, qu' on a dejã gravé en 1448., et même a Augspourg.

E dicta Bibliotheca *Schedelii* prodiit quoque præſtans & perrara (14) editio *Coſmographiæ Ptolomæi*; cui falſa eſt appoſita nota anni 1462. *menſe Junii* 23 *Bononiæ*, in fol. Diligens *Schedelius* ſuamet manu præfationem addidit, quæ reperitur in editione *Ptolomæi anni* 1478. fere omnibus Bibliographis ignota: (15) quæ editio *Germanis* magno eſt honori.

Ejuſ-

---

(14) Debure Bibliogr. Instruct. Histoire T. I. n.4192. pag.32. La raretè considerable de ses exemplaires en a soustrait la connoissance à la plus grande partie des Bibliographes., et parmi ceux, qui ont eu quelqu' idée de son existence, ils ont parlé si imparfaitement, qu' il est aisé de s' appercevoir qu' ils n'ont jamais pû réussir à en découvrir un seul exemplaire.

* Ejusdem editionis aliud exemplar reperitur etiam *Romæ* in Bibliotheca *Abbatis Nicolai de Rossi Florentini*, in qua, ut recte ait Auctor *Catalogi Romanarum editionum sæculi XV.* nuper impresso, in præfatione *pag.26. tanta veterum editionum (præter selectissimas quasque superioris, et præsentis seculi) seges reperitur, ut nesciam an alibi apud privatum hominem major.*

(15) Subscriptio hujusce editionis est: *Claudii Ptolomæi Alexandrini Philosophi Geographiam Arnoldus Buchkink è Germania Romæ tabulis æneis in picturis formatam impressit sempiterno ingenii, artificiique monumento. Anno Dominici Natalis M. CCCC. LXXVIII. VI. Idus Octobris sedente Sixto IIII. Pont. Max. Anno ejus VIII.* Hanc editionem, uti et illam supra relatam, fusius describit *Martinus Raidelius* in suo opere: *Commentatio historico-literaria de Claudii Ptolomæi Geographia, ejusque codicibus tam MSS. quam typis expressis. Norimbergæ* 1737. *in 4to*

* Quæ usque adhuc *Romæ* innotuerunt hujusce editionis *Cosmographiæ Ptolomæi* exemplaria, tria sunt, nempe in *Casanatensi* Bibliotheca unum, de quo mentio fit in *Catalogo Romanarum editionum seculi* xv. superius laudato *pag.*229. in *Corsiniana* alterum, in *Angelica* tertium; de quibus etiam loquitur *P. Laire* in suo *Specimine historico Typographiæ Romanæ* ejusdem seculi.

Ejuſdem Bibliothecæ *Schedeliæ* ſunt aliquæ *Romanæ* (16), & quamplures rariſſimæ *Auguſtanæ* librorum editiones ſeculi xv. (17)

Præ-

(16) Ex. gr. *Lactantius*. *Romæ in domo Petri de Maximo*. *M. CCCC. LXVIII. in fol.*

(17) In uno volumine *Schedel* collegit opera, quæ sequuntur:

a. Epistolæ Francisci Petrarchæ *de Griseldis*. *Hie endet sich die Epistel Franzisci Petrarche us Latin zeteuscht gemacht von ainer tugentreichen frowen geheissen Griseldis, die ainem Kunig durch ir tugendreiche werk wiewol sye nider von geburt was gemaechelt ward. Die hat getruckt Gintherus Zainer von Reutlingen tzu Augspurg nach cristi geburt M. CCCC. LXXI. jar.* i. Hic finiunt Epistolæ Francisci Petrarchæ, e Latino Germanice redditæ a Fæmina summæ virtutis, *Griseldis* appellata, quæ cujusdam Regis ob sua præclara merita, etsi fuerit humilis progeniei, conjux fuit. Eas edidit *Gintherus Zainer de Reutlingen Augustæ* post Christi nativitatem anno MCCCC LXXI.

b. Historia Regis Appollonii cum subscriptione: *Die Hystory des Kuniges Appolonii von latin zu teutsch gemahet, hat gedruckt Gintherus Zainer von Reutlingen tzu Augspurg Anno &c. M. CCCC. LXXI.* i. Historiam Regis Appolonii e Latino in Germanicum versam edidit *Gintherus Zainer de Reutlingen Augustæ anno MCCCLXXI.*

c. *Ob einem manne sey zu nemen ein eelichs weyb oder nicht?* i. Num aliquis homo accipere debet uxorem, vel nè? In præfatione legitur: *hab ich Albrecht von Eybe in beyden rechten doctor Archidiacon zu Wirzburg, und Thumherr zu Bamberg, und Eystet, der loblichen Keiserlichen Stat Nurmberg ..... Geben zu lesen, und zu hören zu einem gutten seligen neuen Jare der jarzal Cristi unnsers herren gepurt Tawsent vierhundert und zwei und sibitzigisten Jaren.* i. Ego Albertus de Eybe utriusque juris Doctor, Archidiaconus Wirceburgensis, et Canonicus Cathedralium Bambergensis et Eystetensis, laudabilis

impe-

Digitized by Google

Præſtantior adhuc eſt Collectio altera, illa nempe *Joannis Alberti Widmanstadii*, quæ ſermone orientali Codices manu exaratos, editoſque libros continet, a DUCE ALBERTO ſuæ additos Bibliotecæ. *Joannes Albertus Widmanstadius* ortum habuit *Nelling* prope *Ulmam* ſub initium ſeculi XVI. A magno viro *Reuchlin*, atque ab aliis excitatus, omni ſedulitate operam dedit addiſcendis linguis Græcæ, & Hebraicæ. Sub ſene *Theſeo Ambroſio Alboneſi* Canonico Regulari *Bononienſi*, edoctus linguam *Syriacam*, ab eodem plures Codices *Syriacos* manuſcriptos dono accepit. Huic familiaritati a Republica litteraria habenda eſt gratia pro editione *Novi Teſtamenti* in lingua *Syriaca*, ſumptibus ROMANORUM REGIS FERDINANDI confecta (18).

Quum

imperialis Civitatis Norimbergæ ...... tradidi legendum, et audiendum in strenam pro novo bono felici anno seculi Christi Domini nostri nativitatis Mille quatuorcentum septuaginta duo annorum.

d. *Anschlag des gemeinen Zugs wider die Turcken*. i. Consilium communis Expeditionis adversus Turcas: in fine adest *zu Augspurg im* LXXIIII. Augustæ in LXXIII.

e. Arnoldi de nova villa — *Tractat van bereytung und brauchung der wein zu gesuntheyt der Menschen .... Gedruckt und vollendet von Anthonio Sorg zu Augspurg am Dornstag naechst nach unser Frawen empfahung anno dni M. CCCC. LXXXIII.* i. Tractatus præparationis, et usus vinorum pro sanitate Hominum .... editus, et ad finem perductus ab *Antonio Sorg Augustæ* die Jovis prima post festum Conceptionis Dominæ nostræ anno MCCCCLXXXIII.

(18) De primis elementis Syriacæ linguæ *Widmanstadii*, et de ejus Syriaco Testamento vide præsertim *Hirts Orientalische, und exegetische Bibliothek II. IV. V. Th. aus den Beyträgen des Prof. Nagels*: i. Orientalem et Exegeticam *Bibliothecam HIRTSII par. II. IV. V. cum additionibus Professoris NAGELII*.

Quum idem *Joannes Albertus Romæ* fuit anno 1533. expoſuit Pontifici CLEMENTI VII. *Copernicanum Siſtema* quoad motum Terræ; & ab eo idcirco donatus fuit pulcherrimo Græco Manuſcripto *Alexandri Afrodiſii de ſenſu & ſenſili*; prout ipſemet hiſce ſequentibus verbis in eodem manuſcripto adnotavit: *Clemens VII. Pont. Max. hunc codicem mihi D.D.D. anno MDXXXIII. Romæ, poſtquam ei præſentib. Fr. Urſino, Joanne Salviato Cardd. Jo. Petro Epo. Viterbien. & Mathæo Curtio Medico Phyſico in hortis Vaticanis Copernicianam de motu terræ ſententiam explicavi. Jo. Albertus Widmanſtadius cognõto. Lucretius S. D. N. Secretarius domeſticus & familiaris.*

Widmanstadii peculiaris patronus & amicus fuit *Cardinalis Ægidius Viterbienſis*: qui Linguæ Arabicæ magnam cognitionem, & eumdem cum *Widmanſtadio* Magiſtrum habuit, quique ei plures præſtantes manuſcriptos codices largitus fuit, quos habere, honori eſſet *Vaticanæ Bibliothecæ*.

Anno 1539. miniſterio *Ducis Bavari* addictus *Widmanstadius*, in mandatis habuit *Romæ* apud Pontificem negotia agere, ibique gravis ei moleſtia ab *Ambrosio de Gumpenberg* ſubeunda, & vitæ diſcrimen pertimeſcendum fuit, prout ipſemet in quodam parvo, ſed perraro opere certiores de hac re nos reddit (19), quum addit, ſe ad ſingulare certamen usque adeo provocatum fuiſſe,

(19) Quibus de causis quibusque modis Ambrosius Gumpebergus Joannis Alberti Vidmestadii ill. et catholicorum Principum Gulielmi, et Ludovici Utr. Bavariæ Ducum ad Pont. Max.

ſe, cui tamen Duces Bavariæ obſtiterunt. Anno 1543. & 1544. *Landishuti* Conſiliarius fuit Ducis Ludovici; ibique in lucem emiſit *Compendium Alcorani*,& *Mahomethicæ Theologiæ*: (20) in Bibliotheca Electorali reperiuntur quoque quamplures epiſtolæ autographæ, Hebraicè ſcriptæ, quas hoc eodem tempore *Paulus Æmilius*, & (21) *Paulus Fagius* (22) dederunt ad *Widmanstadium*, uti Conſiliarium Ducalem *Landishuti*.

Quum *Gallicum* bellum in Germaniam irrueret, *Hungariam* ille perrexit (23). Confecto pacis fœdere *Paſ-*

Max. Oratoris vitæ honori et fortunis insidias posuerit *Breves Commentarii*; una cum eorundem Principum justissima petitione, S. D. N. et Reverendissimis illustrissimisque S.R.E. Cardinalibus oblati Anno Christi M.D.XLIII. mense Decemb. Vide *Litèrarisches Museum Altorf* 2. B. 363. S. i. literarium Museum *Altorfii* to.2. pag.363.

(20) Vide *Freytag Analect literar p.* 554. *&c.*

(21) In Electorali Bibliotheca reperitur inter libros hebraicè impressos. *Pentateuchus* legis .... *cum lectionibus in lingua Germanica per manus R. Pauli Æmilii in Augusta Anno* 304. *in fol.* Æmilius se subscripsit in Epistola ad *Widmanstadium Buchdrucker bei Santt Vrstsil zu Augspurg*: idest Typographus *apud Sanctam Vrsulam Augustæ*. Est forsan ille ipse, qui postea Hebraicam linguam docuit in alma *Universitate Ingolstadii*, et obiit anno 1575.

(22) Hunc celebrem *Paulum Fagium.* sive *Buchlin* docuit linguam Hebraicam *Elias Levita*, qui sumptibus cujusdam Senatoris *Petri Buſler Isniam* vocatus, ibidem Typographiam Hebraicam instruxit. Hujus reperitur in Electorali Bibliotheca: *liber Fidei*, *translatus a Paulo Fagio impressus in civitate Isna anno* 1542.

(23) E sua Bibliotheca habemus nos etiam *Orthographiam Ungaricam*, et *Præcepta Ungarica* in lingua *Ungarica*, impressa anno 1559.

Paſſaviæ, a FERDINANDO ROMANORUM REGE Conſiliarius, paulo post Cancellarius *Auſtriæ inferioris* conſtitutus fuit. Obiit abdicatis, ut ajunt, a ſe mundanis negotiis, ſuiſque dignitatibus.

Bibliotheca *Widmanstadii* fuit præter modum copioſa, magnique pretii (24). E quadam Epiſtola *Joachimi Camerarii* arguebatur, eamdem Bibliothecam in manus Cancellarii *Seld* perveniſſe.

At jam *Lambecius* animadverterat (25) è quadam adnotatione *Sebaſtiani Tengnagels* (26), *Widmanstadium* ſuam Bibliothecam DUCI ALBERTO vendidiſſe.

Omnis dubitatio evaneſcit, quum in Electorali Bibliotheca extantes *Hebraici*, *Syriaci*, & *Arabici* Ma-

D nu-

(24) Wicelius scribit in præfatione operis: Idiomat. linguæ sanctæ in scripturis vet. Testam. observat. 1541. Utinam Ulmensi Lucretio nostro tantum ab aula vacui temporis supersit, ut ipse quoque aliquid in Biblia moliri queat, mirum si in postremis futurus interpres. Equidem hoc ipso Lucretio in omni linguarum et disciplinarum genere superiorem vix habet nostra Natio. Paulus Nedecearus, quum anno superiore dies aliquot Bambergæ quiescendi causa peregrinans commorarer, Thalmudicos libros omneis mihi ostendit. Obstupui ad conspectum tantæ molis. Sed hoc ante mihi cognitum Lucretium, cujus Bibliotheca fidem prorsus excedit. Ipse quidem præ admiratione nihil nisi exclamare in inusitatam librorum suppellectilem potui, quum illorum bonorum catalogus ab ipso mihi ostenderetur. *Sehe literarisches Wochenblatt. II. B.* 405. S. i. Vide litteraria folia hebdomadalia par. 2. pag. 405.

(25) Comment. de Biblioth. Cæsar. lib. II. fol. 618. edit. Kollar.

(26) Bibliothecam suam libris orientalibus instructissimam serenissimo Bojorum Duci Alberto vendidit.

nuſcripti Codices, numerum 330., et editi Libri numerum 550. excedentes, proximius inſpiciantur. Eorum plerique continent autographum poſſeſſoris monumentum hiſce verbis: *Jo. Alberti Widmeſtadii cognom. Lucretii Suevi*.

Widmanſtadius latino idiomate univerſim iiſdem præfecit titulum & argumentum libri, et perſæpe etiam aliquam adnotationem addidit (27).

Catalogum mihi opus eſſet hic deſcribere omnium ferme *Orientalium Manuſcriptorum*, & editorum Operum, quorum pars magna *Venetiis*, *Bononiæ*, *Ferrariæ*, *Isnæ*, *Baſileæ*, & *Conſtantinopoli* prodiit; etiamſi tantummodo præſtantiorum mentionem facere vellem.

Ex eadem Bibliotheca *Widmanſtadii* ad hanc Electoralem quoque pervenerunt quamplura *Græca*, *Latina*, & *Germanica Manuſcripta*, ac *edita* Opera, quorum ſatis pauca aliorum in manibus reperientur. Ex editis Operibus latinis ego hac vice ſeligo, & deſcribo quæ ſequuntur. *Meditationes Vitæ dñi ñri Jhu Xpi* (28). *Summa Magiſtri Jo-*

(27) Ex. gr. Eliæ Lévitæ liber explicans Masoreth. Jo.Alb. Widmestadii descriptus Romæ 1537. = R. Salomonis Molchi, qui se Messiam Judæorum esse prædicavit, atque Mantuæ propter seditionis Hebraicæ metum Carolo V. Rom. Imp. providente concrematus fuit anno (ni fallor) 1532. liber de Secreta Hebræorum Theologia. Hujus vexillum vidi Ratisbonæ ann. 1541. cum Iris &c. = Introductio in Medicinam Haninæ filii Isaac per quæstiones. Ex hoc libro puto Joannitii Isagogen exceptam, et Johannitium ex Johan Isaac factum.

(28) Cum subscriptione: *Impressum est hoc præsens opusculum in Au-*

Digitized by Google

Johannis de Aurbach Vicarii Bambergenſis (29). *Curatorum Manipulus* (30).

Rariſſima *Statuta Ordinis Carthuſienſis*, a Domino *Guigone* Priore *Carthuſiæ edita* (31).

Non ſine cauſa coniicio, a Bibliotheca Electorali referendum etiam eſſe *Widmanſtadio* Cimelium illud, notiſſimum nempe *Codicem Traditionum Ravennatenſium*. Constat enim quod *Widmanstadius Clementi VII. Marcello II.* & doctiſſimis Cardinalibus *Schomberg*, *Salviati*, *Ægidio Viterbiensi* adeo acceptus, probatuſque fuerit, ut ab iiſdem præſtantiſſima Manuſcripta obtinuerit (32);

 quæ

in Augusta per me Gintherum dictum Zeyner de reutlingen IIII. ydus Marcij Anno LX. octavo. Cui adnexus: *nobilissimus liber de arte moriendi*, absque nota anni, et loci, cum literis Zeinerianis, in fol.

(29) Cum subscriptione: Finit libellus divina ecclesiæ Sacramenta .... secum versans ... à Ginthero Zeiner de Reutlingen, artis hujus ingeniose magistro, in urbe Augustensi impressus feliciter. A partu virginis salutiferæ anno currente millesimo quadringentesimo sexagesimo nono. in fol.

(30) Cum subscriptione: *Curatorum Manipulus finit feliciter per Cristmannum Heyny. Anno 71.* in fol.

(31) *Basileæ* 1510. *ad* 18. *Calendas Februarias.* in fol.

(32) *De Joanne Alberto Widmanstad* collectum et emendatum fuit in literario folio hebdomadario *Norimbergæ* 1770. vol.2. quod *SCHELHORN Amoenit. liter. to. XIII. MASCH Hist. J. Alberti Widmanstadii in Nov. Biblioth. Lubec. vol. VI. n. IV.*

Geor-

Digitized by Google

quæ nos etiam in Electorali Bibliotheca poſſidemus. Quemadmodum ego nec in dubium verto, quin *Widmanstadius* excellens illud Manuſcriptum, et modo Cæſareæ Bibliothecæ ornamentum, cui titulus eſt *Bonizonis Epiſcopi Sutrini Decretale, ſive Sintagma Decretorum Eccleſiaſticorum* (33), obtinuerit ab *Ægidio Viterbienſi*, Epiſcopo olim etiam *Sutrino*, vel ab eo Epiſcopo *Sutrino*, cujus judicium ſubiit, quum a *Gumpenberg* hæreſis inſimulatus fuit; ita etiam coniicio, hoc Manuſcriptum eodem modo a *Widmanstadio* comparatum fuiſſe, quum in *Italia* diu ſæpiuſque moraretur.

Manuſcriptum hoc confectum eſt illa *Chartæ Ægiptiacæ* ſpecie, cujus ampla quidem, at nonniſi hujuſce Manuſcripti inſpectione ſat clara relatio legitur apud *Plinium* (34). Conſtat 30. foliis in parvo folio, & eorum

---

Georgius Adelbertus de Beecken in par.3. *des Joachimischen Münzkabinets*, i. Joachimianæ Numismatum Collectionis, scripserunt.

Das literarische Museum Altdorf 1779. 2. *B*. 3. *St.*, i. Literarium Museum, Altorfii 1779. par.2. pag.3. insignia confert subsidia, et præter alia mentionem facit Programmatis D. M. *FERBER de Jo. Alberto Widmanstadio jurisconsulto, Syriacæ novi Testamenti Versionis primo editore. Helmstadii* 1771. 40. Vide etiam *Musch Bibliotheca sacra &c. par.*2. *vol.*1. *pag.*74.

(33) Vide *Lambecii Comment. de Biblioth. Cæsarea lib.*2. *Oeffele Rer. Boicarum Script. to.*2. *fol.*789., qui animadvertit, eruditum Abbatem *Trombelli* Canonicum Regularem, qui aliquot abhinc mensibus obiit, e Manuscripto *Brixiensi* Exemplar transcripsisse, quod ego ipse præ manibus habui, illudque typis committere constituisse.

(34) *Hist. Nat. lib.XIII. p.* 21. 28. *edit. Harduini*.

rum quodlibet 24. & etiam 25. lineas continet. Quatuor priora folia ſunt detrita, ita etiam & poſtremum; reliquorum optima eſt conditio. Nonnulla eorum tantummodo ex una parte inſcripta ſunt. Idque, quomodo charta hæc confecta fuerit, eò clarius oſtendit.

Opus hoc continet quoddam Regeſtum Donationum, quæ Eccleſiæ *Ravennati* ſub pluribus Archiepiſcopis cum nonnullis bonis territorii *Arimini, Senogalliæ, Auximi, Urbini &c.* factæ, eorumque aliqua rurſus aliis ab Eccleſia conceſſa fuerunt. Quod idcirco non inepte *Breviarium Territorii Ariminenſis, & Senogalliæ, & aliorum Locorum*, a quadam ignota manu titulum habuerit. Major pars incipit: *Donatio, quam fecit*, aut *Petitio, quam petivit, libellus quem petivit*. Sunt hæ donationes non juxta tempus, & ſeriem Archiepiſcoporum, ſed ſecundum Regiones diſpoſitæ, quæ ſupra, ſicut Bona in margine, ſunt adnotatæ.

Eruditus *Bianconi* arbitratur(35), præter *Joſephi Flavii* Manuſcriptum opus, quod extat *Mediolani*, nullum aliud hujuſcemodi chartæ exiſtere, quod noſtrum vincat in foliorum numero; quæ ipſe per errorem uſque ad centum enumerat. *Scipio Maffejus* (36) memorat omnia illa documenta, & ſcripta in hujuſmodi charta, quorum notitiam habuit, & quorum nonnulla fragmenta,

(35) *Lettere sopra alcune particolarità della Bàviera. Lucca* 1763. 8o. *pag.* 94.

(36) *Istoria Diplomatica. Mantova* 1727. 4. *L. II.*

ta, chriſtallo ſervata, in Vaticana Bibliotheca ſpectantur.

Sors non adeò ſecunda videtur obtigiſſe editioni harum, omnimodè præſtantium, reliquiarum Antiquitatis, quæ hujuſce chartæ diuturnitatem oſtendit. *Scipio Maffejus* morte preventus typis illas mandare nequivit; & modo ignoratur, ubinam ſit earumdem exemplar.

Doctus Præſul, & Pontificius Nuncius ad Cæsaream Aulam *Garampi* ſua ipſius manu anno 1762. exemplar tranſcripſit, quod in *Hiſtoria Eccleſiæ Ravennatis* ſumptibus Archiepiſcopi *Cantoni* edendum erat. At Archiepiſcopi obitus etiam hac vice editionem diſtuliſſe videtur (37).

Demum oſtentationi tribuendum ſane non eſt, hic adnotare, intra ſpatium 18. menſium PIUM VI., & Gu-

(37) Unius epistolæ mihi redditæ sub die 12. Decembris 1781. verba sunt hæc: *Depuis l'an.1762. je copiai moi même tout le corps des traditions de Ravenne, qui existe dans la Bibliotheque Electorale en papier d'Egypte. J'en passai la copie à feu l'Abbé Amadesi, qui travailloit à l'Histoire de cette Eglise. Msgr. l'Archevêque Cantoni étoit deja pret a fournir les frais pour la publicàtion de cet ouvrage, restè postume, Mais helas qu'il vient de mourir. Je ne sçais pas encòre, s'il soit sous la presse.*

Amadesi in ejus opere posthumo anno elapso *Faventiæ* impresso sub titulo: *In Antistitum Ravennatum Chronotaxim ab antiquissima ejus Ecclesiæ exordiis ad hæc usque tempora productam disquisitiones perpetuæ &c. in Prolegomenis §. VII. n. V. pagin. 67. tom. I.* de eodem Codice ita loquitur: Habita hujus Codicis notitia non omisimus (intercedente Ni-

Gustavum Sveciæ Regem hoc litterarium Cimelium peculiari animi oblectatione perluſtraſſe, & admiratos fuiſſe.

Quem-

---

colao Oddio apud *Imperii Circulos Apostolico Nuntio*, postmodum *Ravennatium* Archiepiscopo, et Cardinali amplissimo anno 1767. *Aretii* defuncto) instare, ut vel Autographum ipsum vel ejus saltem exemplar nobis concederetur: Sed responsum fuit: Codicem ipsum e manibus dimitti, multo ævo, et situ fere consumptum, et omnis inde translationis et vecturæ impatientem, non e re fore Serenissimi possessoris; nec tamen propterea ejus usu destituendam antiquissimam Ecclesiam *Ravennatem*, quod rebus Ecclesiasticis universim magnam inde accessionem futuram nullus dubitem. Quo certius igitur et Bibliothecæ nostræ, et *Ravennatensis* Societatis laudatissimo instituto consulatur, ejus transcribendi, quantum id quidem fieri poterit, qualemcumque laborem lubens, ultroque pro communi rei litterariæ studio, si ita videbitur, in me suscipiam, sat magnum operæ impensæ prætium facturus, si ad res antiquissimæ sedis illustrandas.... nonnihil conferre tenuitas mea potuerit. Alia verba hæc sunt Epistolæ, quam ad Serenissimi Electoris Confessarium *Oefelius* scripserat Monachii die 14. Junii 1756. videndam in Appendice integram. Plures tamen annos promissum exemplar frustra expectavimus, quod maxime dolebamus. Verum anno 1763. expetiti Codicis exemplar nobis tunc *Romæ* degentibus e *Germania* rediens attulit cl. et doctissimus Præsul *Joseph Garampius* ejus manu plerumque descriptum ab ipso Autographo. Regestum illud est plurimarum concessionum (emphiteuses, et libellas vulgus appellat) quas Ravennates Archiepiscopi ab septimo ad sæculum usque decimum fecerant multorum hujus Ecclesiæ prædiorum, jurium castrorum per *Umbriam*, *Marchiam*, *Picenum*, *Romaniam*. Exhibet quoque indicationes quarumdam donationum in iisdem Provinciis Ecclesiæ nostræ factarum. Verum imperfectum est plurimis deficientibus paginis, quas inter ex omnes desunt, ubi res describebantur Civitatis, ac Territorii *Pensaurlensis*, et ipsæ a Codicis inscriptio-

ne

QUemadmodum Bibliotheca *Bavarica* a *Schedelienſi* libris *Latinis*, & *Germanicis*, a *Widmanſtadienſi* *Hebraicis*, *Syriacis*, *Arabicis* Manuſcriptis & editis operibus locupletata fuit; ita quoque ob tertiam ei adjun- ctam

---

ne pollicitæ. Supersunt tantummodo quinquaginta sex paginæ scriptæ in anteriori solum parte. Diversis inter se characteribus exaratum est, uti *Garampius* hic, atque illic adnotavit; attamen scriptum fere omne videtur sæculo X. aliquibus adjectis sequenti sæculo præsertim in marginibus, cum nullibi inveniantur chronologicæ notæ. Specimen etiam characteris provide descripsit *Garampius*, quod nos cum ipso Codice dabimus additis notis, ubi de rebus, quæ juris erant Ravennatis Ecclesiæ locus erit disserendi. Quod autem ait in ejus citata epistola *Oefelius*, Codicem istum colligi cœptum videri sæculo IX., quia Archiepiscopos respicit *Johannem*, *Martinum*, *Petronacium*, illa ætate sedentes, id nimium probaret: nam si hæc ratio valeret dici posset multo ante sæculum IX. Codicem efformari cœptum esse: Archiepiscopi enim nomine *Johannis* appellati a sæculo V. ad XII. fere completum duodecim numerantur. Idem dicito de *Petro* centies in Codice repetito, cujus nominis Antistites a IV. ad X. seculum sex habemus. Ante *Martinum* vero, et *Petronacium*, sæculi IX. Præsules, locum habent in ipso Codice concessiones factæ a *Damiano* Archiepiscopo, qui sæculo VII. a *Sergio*, et *Gratioso*, et a *Valerio*, et a *Leone*, qui sæculo VIII. floruerunt. Ipsius autem sæculi IX. Archiepiscopi in Codice recensiti præter *Martinum*, et *Petronacium*, inveniuntur quoque *Georgius*, *Deusdedit*, *Johannes* nobis IX. et X. *Romanus*, *Dominicus*, *Cailo*, seu *Johannes Traversaria*, et sæculi tandem X. *Petrus* IV. et V. et forsitan etiam VI. *Johannes* XII. ac XIII. *Constantinus*, *Honestus* uterque. Etenim præter quam quod nullo ordine, nulla servata Chronologica serie, sed confusis, atque intermixtis priorum, et posteriorum temporum Archiepiscopis, concessiones ejusmodi dispositæ sunt, nullibi, ac ne una quidem temporaria nota distinctæ, certum reddunt tempus scripti Codicis, nempe sæculum X. tum concessiones an-

ctam *Fuggerianam* , *Græcis* Manuſcriptis Codicibus fuit ornata.

Catalogus *manuſcriptorum Codicum Græcorum*, qui hac in Bibliotheca collecti reperiuntur, jam typis in lucem prodiit anno 1602.(38) Eorum plerique obvenere

antiquiorum Antiſtitum eodem charactere ſcriptæ, quo conceſsiones sæculi X., tum etiam quia Codicis ipsius initium eas conceſsiones forſitan habet, quas fecerunt Archiepiſcopi seculi X. nempe *Petrus* et *Johannes* X., nobis XII. uti in notis declarabitur ad ipſum Codicem apponendis vita ſoſpite. *At codicis exemplar nec etiam in dicto opere publica luce donatum fuit. Indubiam ſpem mihi præſtitit* Comes Marcus Elephantutius Patricius Ravennas, *meique amiciſsimus, illud propediem edendi in ſuo opere Collectionis Diplomatum Ravennatium aliorumque monumentorum medii ævi.*

(38) Sub titulo. *Catalogus Græcorum Manuſcriptorum Codicum, qui aſservantur in inclyta Sereniſsimi utriusque Bavariæ Ducis &c. Bibliotheca. Ingolſtadii excudebat Adam Sartorius anno Salutis MDCII. in* 4. Supplementum extat in *Commercii epiſtolaris Uffenbachiani ſelectis T.* 1. *pag.* 106. 109. Vide, quoad hunc rarum Catalogum, *Hummels, neue Bibliotek von seltenen, und sehr seltenen Büchern IX.St.*1. *S.* i. Nova Bibliotheca rarorum, atque rariſsimorum librorum IX. *par.*1. *pag.*1.
* Ex hoc eodem Catalogo *Paulus Maria Terſago* in ſuo *Museo Settala*, quod italicè reddidit *Petrus Franciscus Scarabelli* ſub titulo *Museo o Galleria del Canonico Manfredi Settala &c. Tortona* 1666. argumentum deſumpſit præſtantiæ et magnificentiæ Bibliothecæ Bavaræ; de qua *pag.*289. *n.* 27. ita loquitur: *anche i Sereniſsimi Duchi di Baviera con l' applauso della loro magnificenza ereſsero una Biblioteca doviziosiſsima di Manoscritti Greci, come dall' indice di eſsi Manoscritti ſtampato in Ingolſtadio da Giorgio Wiler l' anno* 1602. in 4.

Digitized by Google

nere è Bibliotheca *Fuggeriana* , optimeque ſervati ſunt , & maxima ex parte adnotationibus (39) *Samuelis Quichelbergii* Bibliothecarii *Fuggeriani* ditati (40) . E bi-

(39) Exempli causa . Græco Manuscripto vitarum Sanctorum *Simeonis Metaphrastes* apposita est sequens adnotatio : *Liber descriptus ex vetustissimo exemplari ex membrana , Augustæ Vindelicorum , anno quo Ferdinandus ibi celebrabat conventum Imperii primum , qui fuit a Christo nato MDLIX. Librarius fuit Hieronymus tragodistis Cyprius . Inferebatur in Bibliothecam protofuggaram Præfecto Samuele Quichelbergo Belga mense Majo , ejusdem anni .*

(40) Hic idem *Samuel Quichelberg* operi , cui titulus est : *Drama Comico-tragicum Danielis Prophetæ leonibus objecti &c. addita est et Euripidis Tragœdia Cyclops ita latino carmine reddita , ut versus versui ferè respondeat* Authore MARTINO BALTICO Bojo . *August. Vind.* 1558. *in* 8. præfecit Prosphonesin de Baltici Drammatibus , cujus excerptum amatoribus literaturæ Bavaræ nequit esse ingratum . *Commendabunt* (ait *Quichelberg*) *honorabuntque mecum viri boni et sinceri* MARTINUM BALTICUM Bavarum , *qui sub hoc cælo unus inter suos cives plurimum hæc literaria studia excolit , promovetque : ut merito decus suæ Patriæ dici et haberi debeat . Frequens enim hujusmodi Comœdias Monacenses proceres discipulos suos vere ingenuos in his instituendo suavissime exhibet , et ad colenda literarum studia cum ipsos parentes spectatores , tum vero maxime puerorum ingenia incitat , et invitat . Inter primas autem a se conscriptas , quæ ex sacris sunt literis petitæ (cum et aliæ ab eo sint latine et germanice confectæ) numerabantur hoc tempore editæ : Josephus , Daniel , et Thobias , quæ sane dum Historias divinas comprehendunt , ad informandos in istis rebus homines (neque enim exempla illa satis unquam repeti possunt) plurimum adferunt emolumenti . Hæc ego in Bibliothecas administrandi officio versans , & in his terris hoc tempore agens , eos , qui hoc scire forte desiderabunt , amice volui admonere . Aug. Vind. MDLVIII.*

Digitized by Google

E Bibliotheca *Fuggeriana* æque habemus etiam magnificum opus, cujus ego inferius in adnotatione (41) titulum refero; & e quo *Sigiſmundus de Birken* ſuum

E 2 *Spie-*

(41) Hujus operis, quod constat duobus magnis voluminibus in fol. Reali, ac innumeris stemmatibus, aliisque figuris nitet, titulus est qui sequitur: *WARHAFTIGE BECHREIBUNG zwaier in ainem der alleredlesten uralten und hochloblichsten Geschlechten der Christenhait des Habspurgischen, und Osterreichischen Geblüets sampt derselbigen lobwürdigen Herkommen, Geburten, Leben, Regiment, und Ritterlichen Gethaten, von dem Anfang bis auff die unüberwindtlichsten grosmechtigisten fürsten, und Herren Herrn Carolum den fünften, und Ferdinandum den ersten Römische Kaiser, und Könige auch recht ordentliche Erwölte, und gekrönte Obriste Haupter der Christenhait. Durch den Wolgebornen Herrn Hans Jacob Fugger Baider Hochgenannten Römischen Kaijserlichen, und Konigelichen Maiesteten Rathe, auch Herrn von Kirchberg, und Weisenhoren zu Pfirdt, nicht on Klaine Mühe und Oncosten nach Stammens Gerechtigkait, auf das getreulichist und fleissegest, so immer müglich, mit seinen Wappen und figuren gezierdt zusammengezogen, und inn dieses Werk der Eeren bescheieslich gemacht Anno* 1555.

I. Veridica nempe descriptio duorum ex una nobilissimarum antiquissimarum, et multò laudabilium familiarum Orbis Christiani, sanguinis Habspurgici, et Austriaci, una cum eorumdem laudabilibus originibus, natalibus, vitis, dominiis, et heroicis actionibus ab initio usque ad invictissimos potentissimos Principes et dominos D. D. Carolum V. et Ferdinandum I. Romanos Imperatores, et Reges, ac legitime electa, et corona redimita, suprema orbis Christiani capita. A nobili viro *Joanne Jacobo Fugger* utriusque supradictæ Romanæ Cæsareæ et Regiæ Majestatis Consiliario ac domino etiam de *Kirchberg*, et *Weisenhoren in Pfirdt*, non sine parvo labore et sumptu, juxta genealogiæ leges, fidelissime, et diligentissime, quoad fieri potuit, cum suis stemmatibus et figuris compendiose ornata, in hoc excellenti opere Honorum, comprehensa anno 1555.

Spiegel der Ehren des Erzhauſes Oeſterreich, ideſt Speculum honorum Domus Auſtriacæ, conſarcinavit, & anno 1668. *Norimbergæ* in lucem edidit.

Jam anno 1578. menſe Julii peculiares indices ſtemmatum, hoc in opere exiſtentium extracti fuerunt; qui uſque modo adhuc extant.

Birken in Monito ad ingenuum Lectorem, cenſet, exemplar, quod in *Bibliotheca Cæſarea* reperitur, eſſe autographum.

Eruditus *Ludwig* (42) contra ſuſpicatur, prædictum exemplar illud idem autographum fuiſſe, quod ARCHIDUCI FERDINANDO ſubreptum, a DUCE SAXONIÆ aliquot mille aureis coemptum fuit.

At quædam autographa adnotatio (43), quæ adhuc in Electorali Bibliotheca reperitur, indicat, ARCHIDU-

(42) Præfatio ad Reliquias MSSorum §. 39. In austriacis Fuggerus sedulus non minus fuit in colligendis diplomatibus (Not. II.) in speculo austriaco deturpato Birkenii cothurnis. Vidi nuper *Autographum* Fuggerianum inter reliquias Saxoniæ Ducis et Domini Præsulatus Cizensis. Quod, olim forte Ferdinando archiduci surreptum ab illius satellite, aliquot mille aureis redemit Princeps harum rerum penitus olim amator et cultor.

(43) Adnotationis verba sunt hæc: Adì 11. Junii anno 1589. Dominica nona post Trinitatis, assensu Serenissimi illustrissimi Principis et Domini &c. *Ducis Willelmi* mittenda Oenipontem ad Serenissimum Dominum *Ferdinandum Archiducem Austriæ* e Principis Bibliotheca data sunt Joannis Jacobi Fugger, stirpis Austriacæ duo magna volumina cum sequenti titulo: *Warhaftige Beschreibung*, idest vera Relatio.

DUCI FERDINANDO non prius anno 1589. idem opus a *Bavara* Bibliotheca commodatum fuiſſe. Si igitur confecta auctoris ſumptibus plura autographa, atque dono data non fuerint; tunc quævis diſputatio de autographo exemplari definita erit.

Aucta hoc modo *Bavarica* Bibliotheca, celebris adeo evaſit ob hos Theſauros, ut præter alios jam MARGGRAVIUS DE BADEN anno 1567. a DUCE ALBERTO quoſdam libros, illos *Theophraſtis* nempe *Paracelſi*, ſpectandos, & tranſcribendos ſibi exoraverit (44).

Engerdius Profeſſor Artis poeticæ *Ingolſtadii*, pro certo habebat, hanc Bibliothecam etiam tunc temporis primariis adnumerandam fuiſse (45).

DUCI ALBERTO in ſuis ſupremis Tabulis curæ pariter fuit ejus Bibliotheca; quum id, quod modo ſequitur, mandaverit: Volumus quoque, quod noſtra mox erecta Bibliotheca, item & Antiquitatum Pinacotheca (46), una cum cæteris rebus quæ inſunt, quæque nos

(44) Epistola Marggravii est adhuc in Bibliotheca.

(45) *Acad. Ingolst. P.III. p.*42. Albertus Bibliothecam instituit Monaci præstantissimam, itaque et varietate et copia librorum instructam, ut superior nullibi terrarum haberi prædicetur.

(46) E jussu *Ducis Alberti* suam ducit originem, ope *Huberti*, *Goltii*, *Iacobi Strada*, *Samuelis Quichelbergii*, *Joannis Jacobi Fugger*, ejus collectio Numismatica, quam *Joannes Baptista Fikler* tribus adhuc existentibus voluminibus accuratissime descripsit.

nos etiam iiſdem legaverimus, integre, indiviſim, ſemperque fixæ inſimul remaneant.

Dux Guillelmus ejus ſucceſſor nedum integre Bibliothecam reliquit, ſed etiam hanc admodum ſplendide auxit. Nam ab Heredibus *Hòrwarthianis Auguſtæ* coemit integram Bibliothecam *Hòrwarthianam*, quæ optimis erat referta editionibus ſeculi XVI. Id tantummodo mirum eſt, vix unam in ea reperiri editionem ſeculi XV. Nonnulli equidem horum librorum in Bavara Bibliotheca jam erant; at iidem junioribus Principibus ad uſum traditi fuerunt (47).

In Bibliotheca *Hòrwarthiana* erat etiam magna collectio *librorum Muſicalium*; quibus pares reperire haud facile eſt in aliis Bibliothecis. Notum id eſt, quanti habitus olim fuerit *Orlandus Laſſo*, & *Muſica* in *Curia Bavara* (48).

Copia librorum, ad *Matheſim* pertinentium, *chartarum coſmographicarum*, & editionum *Hiſpanicarum*, quæ ſub hoc eodem Duce Wilhelmo pro *Bavara* Bibliotheca coempta fuit, & cujus regeſta etiam patent, quam maxime Bibliothecam auxit; prout collectio librorum Medici *Meermanni* (49) illam etiam amplificavit. His

(47) Catalogus horum librorum, qui traditi fuerunt junioribus Principibus adhuc exiſtit. Inter eos reperiuntur *Cicero, Cæsar &c.* Ex hoc genius juniorum Principum dijudicari poteſt.

(48) Vide *Bianconi lettere sopra alcune particolarità della Baviera p.55.*

(49) De hoc erudito Archiatro Ducis Bavariæ vide *GrienWaldt Album Bavariæ Jatricæ* 1733. 8o. *p.90.*

His quoque acceſſerunt duo illæ præſtantiſſimæ Bibliothecæ, *Werdenſteinana*, & *Cruſica* ſive *Tubingica* (50). Hinc facile patet, quod *Bavara* Bibliotheca jam tum una ex præſtantiſſimis eſse debuerit.

Poſſeſſor Bibliothecæ *Werdenſteinanæ* fuit *Joannes Georgius de Werdenſtain* Canonicus Cathedralis *Aiſtetenſis* & *Auguſtanæ*.

Ex hac Bibliotheca pervenit illud celebre Manuſcriptum, quod *quatuor Evangelia* continet, in membrana, purpurei coloris, & quorum tria priora aureis, & poſtremum argenteis characteribus exarata ſunt (51).

In comperto eſt, quanti æſtimaverit Antiquitas hujuſmodi monumenta: & quod plerumque eàdem forma ſcripta tantummodo fuerint *Evàngelia*, libri *Sacræ Scripturæ*, *Canon Miſſæ*, aliqui *Sanctorum Patrum*, prout etiam varii libri *Precum* ad uſum Regum, & Principum (52). *Ab-*

---

(50) Coniicio, Bibliothecam *Crusii* antea *Tubingensi*, et demum exinde cum hac *Bavara* Bibliothecæ adjunctam fuisse.

(51) Initio hujus Manuscripti reperitur sequens adnotatio: *Serenissimo et Illustrissimo Principi ac Domino Dño Guilielmo Palatino Rheni et utriusque Bavariæ Duci, Principi de se optime merito, multisque modis colendo, observantiæ et gratitudinis ergo hunc pervetustum Evangeliorum Codicem Jo. Georgius a Werdenstain Cantor et Canonicus Eystetensis, et Augu. DD. anno Salutis* 1587.

(52) *Nouveau Traité de Diplomat.* T.I. p.544. Les Evangiles, et les Canons de la Messe les plus anciens sont souvent en velin cou-

Abbas Gottwicenſis (53) commemorat nonnulla hujuſmodi rara monumenta.

In *Orientalibus Manuſcriptis* reperiuntur quoque literæ auro, & argento obductæ; prout *Petrus de Valle* in ſuis *itineribus* de quodam *Evangeliorum* Codice *Syriaco* teſtatur. Eadem etiam forma exaratum fuiſſe, ajunt, documentum illud, vi cujus OTHO II. IMPERATRICI THEOPHANIÆ munus matutinale * conſtituit.

Bibliothecam eximii *Suevici* hiſtoriographi *Cruſii*, linguæ Græcæ peritiſſimi, quæ, ut ſuperius diximus, una cum *Tubingiensi*, *Bavaricæ* Bibliothecæ fuit adjuncta, admodum insignem fuiſse oportuit. Nam ipſemet id memorat (54); & inter cætera refert quoque, ſe pro ſui Prin-ci-

couleur de pourpre, et plus souvent encore en lettres d' or. Il en est presque de même des autres livres de l' Ecriture, de quelques saints Peres, des Pontificaux, des Livres de prieres à l' usage des Rois, des presens en MSS. qu' ils faisoient à d' autres Princes, ou dont ils ornoient leurs Bibliotheques.

(53) *Chronic Gottwic.* p. 15. ubi is hanc scribendi artem deperditam fuisse putat, cui tamen non assentient illi, quibus artificiosa opera *Rauffer* a Secretis status Monachii, intueri placuit.

* Verbum hoc *Morgengabe* non dotem, ut habent Lexicographi, sed munus Matutinale vertere duxi; quod Princeps aut Comes Imperii præstat et offert Uxori illustri post primam nuptiarum diem. Quod munus appellatum *Morgengab* a *Morgen*, quod mane sive *Matutinum* significat, et *Gab* donum apud Longobardos usitatum, corruptè *Morgincap* appellatum, probat *Nicolaus Mylerus in Gamologia personarum Imperii illustrium. Stutgardiæ* 1664. cap. 15. n. 1. pag. 397.

(54) Annal. Svev. lib. XII. P. III. p. 728.

cipis Bibliotheca una cum D. *Gerlach*, qui Profeſſor itidem fuit *Tubingæ* (55), emiſse a quodam Græco *Andrea Darmario* triginta quinque italicis ſcutis Græcanica Manuſcripta (56).

Inter hujuſmodi Manuſcripta Bibliothecæ *Tubingenſis* præcipuum eſt aliquod vetus *Teſtamentum Græcum*, quod Dux Christophorus de Wirtemberg obtinuit a *Toxite*, cui pro eo dono dedit centum ducata (57). Et inter illa eſt etiam *Græca Collectio antiquorum ſtatutorum Eccleſiaſticorum* (58): at non parvum detrimentum ſubiit.

F Edi-

(55) Vide: *Oratio funebris in obitum D. Stephani Gerlachii habita per Mathiam Haffenreferum. Tubing.* 1614. 40. iste Professor suo in Byzantium itinere pulchra Græca Manuscripta comparavit; quæ itidem ad Bavaram Bibliothecam pervenere.

(56) Annal. Suev. p. 790. ad A. 1584. 30. Aug. veniebat huc vir egregius græcus Andreas Darmarius Epidaurius Laco venales libros MS. græcos advehens, de quibus D. Gerlachius et ego quosdam 8. Sept. emimus 35. coronatis italicis in Bibliothecam illustrissimo Principi nostro.

(57) Hoc indicat adnotatio in Manuscripti initio: *Vetus Testamentum græcum cum Commentariis, Codex in Membrana, Christophoro Duci Würtenbergiæ à Toxite Rhæto donatus; iste vero honorarii loco accepit centum aureos.*

(58) ita est adnotatum: *Expositio sacrorum et divinorum Canonum, et beatorum Apostolorum, nec non generalium Synodorum, sed et Provincialium, et certis locis celebratarum, velit quorumque sanctorum Patrum, præterea declaratio efficacium et inefficacium Legum quatuordecim Titulis digestarum, ab initio* Cano-

Editis operibus, quæ è dicta *Tubingenſi* Bibliotheca ad *Bavaram* pervenere, adnumeratur quoque notiſſima illa *Biblia Martini Lutheri*, impreſsa *Wittembergæ* a *Joanne Luft* anno 1561. vel potius anno 1560. qui anni numerus legitur in fine primæ & alterius partis.

Hæc eadem *Biblia* duobus voluminibus in folio compacta exiſtit, & ejus editio eſt membranacea.

Inſcriptionem primæ, & alterius partis circumdant *Inſignia Saxoniæ*. In priori parte reperiuntur una cum pulchra effigie AUGUSTI ELECTORIS SAXONIÆ, illæ *Martini Lutheri*, & *Philippi Melanchthonis*; qui ſua ipſius manu brevem hiſtoriam Vitæ *Lutheri*, & octo latina diſtica *de Monarchiis* addidit; quorum in fine legitur *Anno* 1560. *ſcripti verſus manu Melanthonis*.

Imagini *Melanthonis* inſcriptus legitur annus 1560. illi ELECTORIS AUGUSTI annus 1562. una cum symbolo *Lucæ Granach* junioris: quæ omnes imagines coloribus aqua dilutis egregie efficitæ ſunt.

Præter hanc, aliaſque *Polonicas*, *Illyricas*, & *Hebraicas Biblias*, è *Tubingenſi* Bibliotheca habemus, quoque illam, cujus titulus *Allererſte Deutſche Mayнzer Bibel*, ideſt, *omnium prima Moguntina Biblia*, quæ *Moguntiæ* anno 1462. edita fuisse creditur. Sub hac ipſa in-

Canonum pesitarum, ad Mandatum Regis et Patriarchæ studio et opera Theodori Diaconi sacratissimæ et Dei magnæ Ecclesiæ Nomophylacis, Chartophylacis, Blacherorum et Balsamorum Primatis, nec non olim creati Patriarchæ Theipolis magnæ Antiochiæ, et totius Orientis edita.

inſcrip tione eam etiam refert eruditus *D. Panzer* in ſua litteraria recenſione *antiquissimarum Germanicè editarum Bibliarum* ; quamvis ipſemet cum *D. Naſt* non conveniat quoad annum 1462.

Quinque hujuſce *Bibliæ* exemplaria ei cognita fuerunt. Sextum igitur erit quod hic habemus ; imo duplex ejuſdem editionis hac in Bibliotheca exemplar reperitur. Exinde ego etiam animadverto, quod, etſi editio hæc admodum antiqua ſit, attamen difficile fortaſſe non eſſet oſtendere, illam nec ante annum 1466. neque *Moguntiæ* editam fuiſse (59).

Hoc aſſidue permanenti patrocinio quoque gaviſa fuit *Bavarica* Bibliotheca tempore Electoris Maximiliani I. idque inſuper etiam exinde patet, quod juſsu ſuo non modo catalogi omnium *Manuſcriptorum* in *Monaſteriis Bavariæ* existentium anno 1595. & 1610. tranſmittendi (60), ſed etiam Bibliothecæ Regionis per *Gewoldium*, *Lauther*, & alios perluſtrandæ undique fuerint. Præterea quod eodem ſuo juſsu, ſuoque præſidio *Caniſius* ſuas celebres *lectiones antiquas*, *Stevart ſuum Syntagma variorum authorum*, *tam Græcorum*, *quam Latinorum*, *Gewold Hundii Metropolim Salisburgenſem*, & Annales *Henrici Rebdorfenſis*, *Hòrwarth* ſuum *Ludovicum IV. Imperatorem defenſum*, ediderint.

Ipſemet Maximilianus libros comparandos deſignavit, computa recognovit, & Bibliothecam inſuper auxit emptione Bibliothecæ *Mùlleri Auguſtani*.

F 2 Fer-

(59) Ego id probare conabor peculiari elucubratione.
(60) Hæc extant in Bibliotheca.

Ferdinandus Maria ſub die 12. Decembris anni 1663. mandatum dedit *Cameræ Curiæ Electoralis*, omnibus Typographis Regionis, aliarum more, injungendi, ut omnium noviter edendorum librorum exemplar Electorali *Bibliothecæ* exhibere tenerentur. Mandatum, cujus inſtaurationem a Carolo Theodoro procul dubio ſperare poſsumus.

Quod Sereniſſimi Electores Maximilianus Emanuel, & Carolus Albertus ob temporum viciſſitudines, haud propitias, agere pro bono *Bibliothecæ* nequiverunt, Maximilianus Joseph cumulatiſſimè ſupplevit.

Statim primo ſui Regiminis anno elegit ſuum Bibliothecarium *Oefelium*; & ſola hujuſce viri electione ſuæ Bibliothecæ ſatis propemodum conſuluit. *Oefelius*, ut Maximiliani juſsa exequeretur, comparavit recentiſſimos, & maximi momenti libros in qualibet claſse præſertim hiſtorica, animum ad optimas editiones eligendas applicuit, & potiſſimum conquirendis *Aventini* operibus. Quum ſciret, hæc poſt illius obitum ad diverſas manus perveniſſe, curam omnem adhibuit, ut ſaltem autographa *Manuſcripta Annalium* adipiſceretur; ſi bellum, ignis, rapina, livor, et incuria ei difficile redderent, cætera reperire. Sors ei etiam arriſit, tam iſta quam illa *Joannis Fikleri* Electorali Bibliothecæ adjungere.

Collectio *Scriptorum Rerum Boicarum* viva voce, ut ita dicam, teſtatur, quot præſtantes libros *Oefelius* eripue-

puerit ex ore phiſicorum & literatorum Murium, atque Glirium (61).

Hæc jamdudum ſpectabilis *Bibliotheca* ſub Maximiliano Joſepho ita fuit adaucta, ut is diutius illam in loco, qui cimelii magnificentiæ non responderet, eſſe noluerit, ſed ad eum ipſum locum, in quo nunc extat, & in quo nos pariter congregati ſumus, transferri decreverit. Verumtamen, quum obſtacula apparerent, Bibliotheca tantummodo a tenebricoſo Cuſtodiario in aliud illuſtrius translata fuit.

Sapienti Carolo Theodoro reſervatum fuit, Scientiis, Nationi, & ſibi ipſi immortale monumentum erigere. Hic Sereniſſimus Princeps, jam ſui glorioſi regiminis ini-

---

(61) Professor *FischerHalæ* in suo *Nachricht von etlichen ungedruckten. Geschichtbüchern bey Meusel Histor. Literatur für das iahr* 1781. *VIII. St. S.*161. i. Notitia aliquorum ineditorum Librorum Historiæ apud *Meusel* Historia Literaria pro anno 1781. VIII. par. p. 161., insimulare voluit *Oefele*, quod quamplures Chronicas, quarum unus tantum auctor est, uti opera variorum auctorum, cum pluribus erroribus, et subinde aliquam tantum illorum partem ediderit. At is qui præfationem *Cefelis* legit, ipsum hac censura eximet. Fatetur ipse, quod unus auctor ab alio suum Opus desumpserit, et quod Manuscripta, e quibus opera edidit, hinc inde mutilata et mendosa fuerint etc. Veruntamen addit, se existimare: *consultius esse, codicem (mutilum et interpolatum) talem extare, quam nullum ... Antiquitatis reliquias etiam mutilas placere etc. vide T.* 1. *p.* 687. 700. 781. *T.* 11. *p.*3. 647. 705. Nos quod attinet, possumus tranquille expectare, quod Professor Fischer promissa exolvat, meliorem aliquam editionem exhibendi, et optamus tantummodo, ut vera autographa, e quibus illam haurire velit, inveniat.

initio intentum animum adhibuit huic jamdiu celebri *Bibliothecæ* ; ac digno in loco collocatam omnibus utilem reddidit. Non exiſtimavit ſua dignitate alienum eſſe per ſe ipſum id omne recognoſcere. Et modo cura illius, cui ædificii inſpectio commiſſa fuerat, nempe *Excellmi liberi Baronis de Flachslanden* omnia ita ſunt abſoluta, ut ſapientis Principis voluntati plane reſpondeant.

At poſtea CAROLUS THEODORUS non ſatis habuit id egiſſe, & ob augmentum hujus *Bibliothecæ* is jam ſe immortalem reddidit, uti alter illius conditor.

Quiſquis ſcit, quod editiones XV. ſeculi, non modo Manuſcripta, e quibus illæ provenerunt, repræſentent, ſed ſæpius etiam omne id quod excerptum fuit e collatione plurium & optimorum Manuſcriptorum a doctiſſimis viris facta, inferre quidem poterit ex ſimplici catalogo earum tantum, quæ ab iſto altero fundatore comparatæ fuerunt, præſtantiam, & amplitudinem augmenti hujus *Bibliothecæ*.

Debure (62) recenſet inter magnas raritates editionem *Ciceronis de Finibus bonorum, & malorum* ; quam is *Joanni Fuſt* adſcribit.

Hæc ipſa editio, quæ non *Joanni Fuſt*, ſed potius, & majori cum ratione *Ulrico Zell* (63) tribuitur, non ita

---

(62) *Bibliog. instruct. Belles Lettres n.* 2438.

(63) *Catalogue des Livres de feu Mr. Le Duc de la Valliere, Belles Lettres n.* 2258.

ita pridem , & ſane non tam imperfecta , ut eſt illa ſuperius deſcripta, ad *Bibliothecam* pervenit (64).

Si itaque huic editioni etiam illa *Epiſtolæ Ciceronis* anni 1470. (65), ut itidem quæ jam aderat *De Officiis*, in *membrana* impreſsa anno 1465. adnumeretur (66) ; patet, quod hic una ſimul cum ulterius infra referendis editionibus reperiantur editiones rariſſimæ *Ciceronis* .

Peculiari voluptate perfundor , dum cognitam reddo editionem *Kalendarii* , de qua nihil quicquam reipſa noviſse videtur quivis Bibliographus . *Kalendarium* hoc eſt unius folii realis in *folio* , quod adnexum eſt tegumento cujusdam libri ; ejus titulus eſt : *Diſs ist der*

(64) Præter Libros 5. *de finibus bonorum et malorum* , qui finiunt 119. folio , sunt etiam in hoc Exemplari
Marci Tullii Ciceronis in Catilinam Invectivarum Lib. 4.
Crispi Sallustii in Tullium Oratio .
M. Tullii Ciceronis invectiva in eundem Sallustium .
M. Tullii Ciceronis ad Titum acticum . Cato major. alias de senectute .
Augustini Dachi (sic) senensis de variis loquendi figuris sive de modo dictandi ad Andream Civem senensem , qui 209. folio finit .

(65. *Impressum Romæ opus in domo Petri et Francisci de Maxls. juxta campum Flore , præsidentibus magistris Conrado Suneyn. heym et Arnoldo Panartz. Anno domiuici natalis. M.CCCC.LXX. S. d. n. dni. Pauli II. Veneti Pont. Max. anno VI. urbe et ecclesia florente. in fol.*

(66) *Presens Marci Tulii clarissimum opus. Johannes Fust Moguntinus civis , non atramento. plumali canna neque aerea. Sed arte quadam perpulcra. Petri manu pueri mei feliciter effeci finitum. Anno M. CCCC. LXV. in fol.* cum stemmatibus .

der Ciſta nus tzù tùtſch und ain yeglich wort gibt ainen Tag. ne mpe : *Hoc eſt Ciſtanus Germaniæ , & quælibet vox indicat unum diem .* In fine : *diſs hat getruckt Gintherus tzainer von Reutlingen tzù Augsburg .* ideſt : *hoc edidit Gintherus tzainer a Reutlingen Auguſtæ.* Poſt diem ultimum Novembris legitur *MCCCCLXXjar* , ideſt *annus* 1470. Poſtremi quatuor menſes inibi ita vocantur : *Folmont , Herbſtmont , Slachtmont , Wintermont .*

Hic exponere mihi lubet , exempli loco , menſem Octobris , ejuſque dies (67) .

Typographiæ *Auguſtanæ Schùsleri* ſunt *Joſephus de bello judaico* 1470. *Oroſius* 1471. *Petri de Creſcentiis Exruralia commoda* 1471. *Joannis de Turrecremata Explanatio in Pſalterium* 1472. *Ambroſii Hexameron* 1472. & omnia

(67) *Herbstmont hat XXXI. Tag.* Idest October habet dies XXXI.

1 ... A	*Remigius*	*Remigius*	17 ... c	und	*et*
2 ... b	der	*qui*	18 ... d	*Lucas*	*Lucæ*
3 ... c	hiess	*jussit*	19 ... e	gestanden	*concessum*
4 ... d	*Frantzen*	*Franciscum*	20 ... f	Bas	*Cognata*
5 ... e	mit	*cum*	21 ... g	*Ursula*	*Ursula*
6 ... f	fiden	*fidium sonu*	22 ... A	Sprach ,	*ajebat ,*
7 ... g	froehlichen	*lætum*	23 ... b	wer	*qui*
8 ... A	dantzen	*saltare*	24 ... c	dantzen	*saltare*
9 ... b	*Dyonisius*	*Dyonisius*	25 ... d	woelle ,	*vult ,*
10 ... c	sprach ,	*ajebat ,*	26 ... e	der	*hic*
11 ... d	was	*quid*	27 ... f	Sy	*sit*
12 ... e	bedùtet	*significat*	28 ... g	*Simonis*	*Simonis*
13 ... f	das .	*hoc .*	29 ... A	und	*et*
14 ... g	es	*illud*	30 ... b	min	*meus*
15 ... A	waere	*fore*	31 ... c	Geselle	*Socius*
16 ... b	*Gallen*	*Gallo*			

& om nia fere,ejuſdem egregiis prelis impreſſa,volumina paucis abhinc annis ad Bibliothecam pervenerunt (68).

Notum eſt, e Typographia *Argentinenſi Eggſteinii* prodiiſse maximæ raritatis editiones. Harum etiam plures nuperrime in hac Bibliotheca collocatæ fueruut; ut nihil dicam de illis, quæ abſque Typographi nota, & loci deſignatione ex eadem Typographia in lucem prodierunt, ſint exempli loco *Decretum Gratiani* anni 1471. (69) *Clementis V. liber Conſtitutionum* anni 1471. (70) *Ciceronis liber officiorum* anni 1472. (71)

G Edi-

(68) *Historia tripartita* ejusdem præli anni 1472. jam antea hic fuit.

(69) Subscriptio primæ partis est: *Presens Gratiani Decretum .... bene visum et correctum. Artificiosa adinuenconis imprimendi absque ulla calami exaratione sic effigiatum. et ad laudem omnipotentis dei est consummatum. Per venerabilem virum Heinricum Eggesteyn, artium liberalium magistrum civem inclite civitatis argentinx. Anno dni. M. CCCC. LXXI. in fol.* Altera pars est anni M. CCCC. LXXII. etc.

(70) Cum subscriptione: *Hic Clementis quinti constitutionum liber unacum apparatu famosissimi juris doc. domini Jo. An. (sic, videlicet Andreæ) suis rubricationibus bellissime distinctus. Per venerabilem Phie magistrum ac etiam inclite Argentinenss civitatis civem bene meritum dnm Heinricum Eggesteyn hujus artis peritissimum ut innumera antehac divini humanique juris per ipsum testantur volumina. Summa cum maturitate ac diligentia impressus est, Anno dni. MCCCC. LXXI. XI. Kl. decembris, in fol.*

(71) Subscriptio est: *Phs marci Tulii clarissimum opus arte quadam perpulcra. Per venerabilem Phie magistrum ac etiam incli-*

Editiones etiam Typographiæ *Schoifferianæ* , quibus hæc Bibliotheca nuperrime adaucta ſuit , eo minus ſilentio prætereundæ ſunt , quod in præclariſſimis Bibliothecis raró reperiantur . Exempli cauſa *Decretum Gratiani* an. 1472. (72) *Codex Juſtin. Imp. an.* 1475. (73) *Gre-gorii IX. Decretales* anni 1479. (74)

At

elite Argentinæ civitatis civem dominum Heinricum Eggesteyn. Summa cum diligentia impressum e Anno dni. M. CCCC. LXXII. Juxta superius relatam Moguntinam editionem an. 1465. editum . Loci Græci sunt prætermissi in editione *Eggsteinensi* in parvo fol. sive 4.

(72) Subscriptionem præbet *Debure Bibl. instr. jurisprudence. n. 917.*

(73) Cum Subscriptione: *Anno nativitatis xpi. M. CCCC. LXXV. ad VII. Kalendas Februarias. Scissimo in xpo. pre. ac dno. dno. Sixto ppa. IV. Illustrissimo , nobilissime domus Austrie Friderico III. Romanor. imperatore invictissimo , semper Augusto. Reverendissimo in xpo. patre ac dno. domino Adolpho Archipresule maguntino . In nobili urbe Maguncia non atramenti calamo cannave ! se arte impressoria (qua quidem etsi antiquitas divino non digna est visa judicio ! nra nihilominus tempestate indulta) Sacratissimi principis Justiniani Codicem ! cuncti potenti favente deo Petrus Schoiffer de Gernssheym suis consignando scutis , feliciter consummavit. Laus Deo ,* Cum Stemmate *Schoiffer* i *in fol.*

(74) *Domini nostri Jesu xpi. á nativitate anno M. CCCC. LXXIX. mensis Marcii Idus sexto. Sedem aplicam Sixto quarto , orbis Monarchiam australium ducum ex antiqua familia Friderico III. urbisque maguntine Diethero de Ysenberg cum principatu curam archipresularem obtinentibus : post apud jam dictam nobilem urbem primum , inde á Paduanis accurata diligentia factas emendacoes , nunc tercio velut igne ardentissimo aurum , lectio-*

At cur nos hic immoramur, recenſentes particulares, etſi præſtantes, litterarias raritates. Carolus Theodorus anno mox elapſo hanc *Bibliothecam* ditavit illa *Petri Vettori*, viri ſuo tempore eruditiſſimi. Quomodo hæc præſtans *Bibliotheca*, *Romanis* ægre ferentibus, a Carolo Theodoro fuerit empta, & quibus inſignibus Libris, & Manuſcriptis ſit referta, eruditus Præſul, intimus Conſiliarius, & Commendator *Maillot* de la *Treille*, primus Præſes Electoralium Bibliothecarum in quadam Gallica Diſſertatione tum ſolida tum pergrata, una cum Vita *Petri Vettori*, in publico conſeſſu *Palatinæ Academiæ Scientiarum* pronuntiata, demonſtravit: ita ut mihi nihil reliquum ſit, quam ad illam me referre, & vota nuncupare atque preces, ne diutius editio etiam alterius partis hujuſce eruditæ diſſertationis a Germanis expectanda ſit (75).

Hæc *Vettori Bibliotheca* gloriatur de pulcherrimis editionibus *Stephani, Aldi, Junctorum Joliti*, & de alio ingenti numero priorum *Romanarum* (76), *Venetarum*

---

ctione previa maturate examinate aprobateque feliciter finiunt debito cum apparatu decretales Gregorianæ omnium revera hys ipsis testimonium perhibentibns correctissime. Petro Schoiffer de Gernssheim cujus armis signantur auctore cunctipotentis agente gra. cui phenis honor et gloria Amen. cum stemmate *Schoifferi in fol.*

(75) Prima pars, e Gallico in Germanicum Sermonem verſa, eſt comprehenſa in *den Rheinischen Beyträgen zur Gelehrsamkeit enthalten Mannheim* 1780. 2.*B.S.* 37. — 56. i. in Rhenanis ſubſidiis eruditionis *Manheim* impreſſis anno 1780. *par.2.p.*37.— 56.

(76) a *Cicero de Oratore, et in Brutum. Anno Xpi. M. CCCC. LXIX. die vero XII. mensis Januarii. Rome in domo magnifici viri Petri de Maximo. in fol.*

rum (77), & aliarum, quæ abſque Typographi, & loci nota

b. *C. Calphurnii Bucolicon. Hesiodi opera, et dies Georgicon. Silii Italici Punicorum Libri XVII. Anno Dnici. Natalis. M. CCCC. LXXI. die V. mensis Aprilis. Summo Pont. Paulo II. Veneto Anno Pont. VII. Jo. An. Epus. Alerien. In insula Cyrno. recognitionem absolvit diebus circiter XV. Lector benevole vale perpetuo.*

Aspicis illustris etc. in fol.

c. *Cardinalis a Turrecremata Expositio super toto Psalterio. Romæ impressa die quarta mensis Octobris per honorabilem virum Magistrum Udalricum Gallum de Bienna. Anno Domini millesimo quadrigentesimo septuagesimo in fol. mai. De Bure* itaque per errorem collocat uti primam editionem Maguntiæ anni 1474. Cæterum iste celebris Typographus se subscribit *Udalricus Gallus*, alias *Han ex Ingelstat Civis Viennensis*. Vide LAIRE *specimen Histor. Typogr. Rom. p.* 219.

(77) EUSEBII PAMPHILI *Præparatio Evangelica*. In fine sunt sequentes versus, quos hic refero, quia *De Bure*, qui hanc editionem pro prima habet *Bibl. Instr. Theol. N.* 296. eosdem omnino mendosos retulit.

Hoc Jenson Veneta Nicolaus in urbe Volumen
Prompsit: cui fœlix Gallica terra parens,
Scire placet tempus? Mauro Christophorus urbi
Dux erat. Æqua animo musa retecta suo est.
Quid magis artificem peteret Dux: Christus: et auctor?
Tres facit æternos ingeniosa manus.
M. CCCC. LXX. in fol.

Postremo hoc distico desinit etiam editio, quæ hic reperitur, absque nota Loci, cum nominis subscriptione: LEONHARDUS AURL.

b. MARCI TULLII CICERONIS *Tusculanæ Quæstiones. Venetiis per Nicolaum Jenson Gallicum. MCCCC. LXXII. Nicolao*

Digitized by Google

nota prælo xv. ſeculi prodierunt, rariſſimarum editionum (78).

Inter *Manuſcripta Bibliothecæ Vettori*, ego hic mentionem facere volui illius, cui titulus eſt: *Notitia dignitatum utriuſque Imperii, Orientis ſcilicet & Occidentis*, una ſimul *Itinerarii Antonini* figuris eleganter orna-

---

eolao Truno Duce Venetiarum inclyto. VETTORI addit adnotationem:

Contuli cum Codice satis antiquo e Bibliotheca divi Marci non parum mihi probato, servavique institutum doctorum aliquorum Virorum, quique in hoc munere emendandorum Codicum magnam laudem adsecuti sunt, ut omnia videlicet, quæ mendosa primo adspectu videbantur, notarem, ut postea fieri possit conjectura sincerioris lectionis. Vale Lector. Die XVIII. Jan. M. D. XXIIII.

c. *Marci Tullii Ciceronis Epistolæ ad Atticum, Brutum, et Quintum fratrem (Venet. per Nicol. Jenson.) M. CCCC. LXX. in fol.* Cum notis *Angeli Politiani, qui hanc editionem cum Manuscriptis contulit*.

(78) a. BOCCACCII *Decameron* in fol. absque nota loci et anni; quæ editio iuxta testimonium eruditi MAZZUCHELLI, *Scrittori d'Italia Vol.* II. *Par.* III. *p.* 1341. prima dicitur.

b. JOANNIS BOCHACCII. *Viri eloquentissimi. ad Flamettam. Pamphyli. Amatricem. libellus. materno. Sermone. editus. M. CCCC. LXXII. die XXII. Marcii. in* 4to.

c. MARTIALIS *Epigrammata per Vindelinum Spirensem ex recognitione Georgii Alexandrini.* Sine indicatione anni, et Loci (qui est *Venetiæ*) in fol.

De Bure Bibliograph. Instruct. Belles lettres T. I. p. 365. N. 2813. de hac editione ita loquitur: *Edition extremement rare. et la premiere de ce Livre. On n'en connoit presque point d'Exemplaires, et on peut la regarder comme une des plus rares de la Classe des primieres editions.*

Digitized by Google

ornati, in 4. (79) Et arbitror, hunc articulum abſolvi melius non poſſe quam commemoratione illius Collectionis litterarum autographarum, quas *Gaſpar Scioppius*, ortus *Neoſori* in *Palatinatu ſuperiori*, ſcripſit ad *Petrum Vettori* juniorem, & quibus ſua partim edita, partimque inedita opera ejus judicio ſubjecit. Nam ex hac collectione Hiſtoria Vitæ, & operum hujus acris ingenii viri magis illuſtrari & certificari poſſet.

Ex hiſce initialibus, hiſtoriæ conſcribendæ lineis, & a brevi deſcriptione nonnullorum præſtantium operum hujus *Bibliothecæ*, agnoveritis Vos, ſpectatiſſimi viri! aſſiduas curas antiquorum BAVARIÆ DUCUM uſque adhuc pro acquirendis præſtantiſſimis cimeliis ad augmentum ſcientiarum. Ea ſane ab hinc annis habita fuerunt pluſquam raritates. At is erat ſeculi genius. Et noſtro MAXIMILIANO JOSEPHO gloria obtigit, tum erectione *Academiæ Scientiarum*, tum *Bibliothecæ* ad luminoſum locum translatione, Nationem univerſam illuſtrandi. Jure igitur meritoque diem hunc nos feſtum agimus, qui ſacer eſt memoriæ hujus, nobis in ævum memorandi Principis.

At

---

(79) In pag. 339. est: *Exemplata est hæc Cosmographia. quæ Scoti dicitur cum picturis ex vetustissimo Codice, quem habui ex Spirensi Bibliotheca Anno Dni. MCCCC. XXXVI. mense Januario,, dum ego Petrus Donatus Dei pacientia Epus. Paduanus vice sctissimi Dni Eugenii PP. IIII. Generali Basiliensi Concilio præsiderem.*

Panciroluſ, qui opus hoc jussu Ducis Sabaudiæ Caroli Emanuelis Typis Venetis evulgavit anno 1593. hoc Manuscripto, cujus exemplar a *Fulvio Ursino obtinuerat*, commode usus fuit.